



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Galeoti Martii Narniensis De Homine Libri Dvo

Galeottus <Martius>

Basileae, 1517

Scapvlae

urn:nbn:de:hbz:466:1-31834

us octauo,
Pectebatq; serum puroq; in fonte lauabat.
Et digitis inter se pectine iunctis,
quod est in octauo Metamorphoseon satis intelligitur, pro
insertis, ad similitudinem pectinis dictum. Hæc de thora-
cis parte anteriori dicta sufficient.

SCAPVLAE

 VNC ad posteriora sermo uertatur, ut ordine
suo cuncta procedant. Primam partem thora-
cis in posteriori parte occupant scapulae. & hæ
Scapulae.
quidem mobiles. Iuxtenalis,

Quid dicam scapulis seruorum mense decembri,
De his locutus est quæ in seruoru[m] delicto plectunt, cedunt
em ut terga, Plautus in Mustellaria, Meij tergi facio hoc,
non tui fidutia. Et scapulae in tergo sunt, ut inferius docebim-
us. Inter scapulas est uallecula quædam a fine colli incipi-
ens, quam latini interscapilium uocat. Higinus in descripti-
one Vrsæ, in humero claram unā, in pede de posterioribus
nouissimo, duas, in summo interscapilio unam, bene addi-
dit sumnum, quoniam in quolibet membro summum dici
tur & imum, diuerso tamen respectu. Nam cū Persius dixit,
Summosq; pedes attinge manusq;

Interscapiliū.
lum.
Summū
& imū de
quolibet
mēbro di-
cuntur.

extrema intelligendo respexit ad cor. quod quasi radix &
fundamentum hominis est. Sic etiam in Moreto,
Atcq; manu summa lachrymantia lumina tersit.

Sed cum Vergilius primo Aeneidos, ait,

Pedes uestis defluxit ad imos,
a capite sumpsit initium. & in Suetonio de naso Augusti le-
g 3 gimus.

gimus. a summo eminentiorem, ab imo deductiorem, a capite omni sumitur. Sed unum non tradendum obliuioni arbitror, non solum a scapulis, cum genere sint feminino, interscapulum neutrum fieri, sed multa talia apud autem esse, & a masculino & a feminino deriuata, quae mutant genus. Nam a nodo masculino, internodium neutru. Ouidius in sua Metamorphosi,

Longa internodia crurum.

Plinius decimo sexto, nauigiorum etiam uicem praestant, si credimus singula internodia. A uena hoc interuenium. Vitudine. truius architectus, octauo. Sed non per interuenia dilabuntur & liquefcant. A columnna intercolumnium. Idem item intercolumnia tria quae erunt inter antas & columnas pluteis marmoreis, siue ex intestino opere factis intercludatur. A fuga effugium. Vergilius. iij. Aeneidos,

Ob nostra reposcet

Effugia.

Epitogii Toga epitogium facit. Quintilianus primo Institutionum, ex nostro & peregrino ut biclinium, contra ut epitogium. & Commili militia commilitum facit. Iustinus quinto. Deinde cogitatum. ones legum sacrarum, tum uetus per tot bella commiliti, orat, miseratur ciuium exulum.

SPINA ET DORSA.

Spina.
Dorsa.



PINA a collo usque ad natum flexu deprecta, quasi uallis est inter colles, quos uocant dorsa, nam haec de inanimis & de animantibus dicuntur. Vergilius primo, Dorsum immane mari summo.

Hieronymus